

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Documenta Desiderii, Amoris & Honoris Supremi, Quibus Venerandi Senis  
Supra-Septuagenarii ... Viri Dn. D. Heinrici Schuckmanni, ICti ... Luctuosum  
pariter & beatissimum ex hac vita discessum, honorificis exequiis die 24.  
Septembris in Templo Jacobaeo honoratum**

Rostochi[i]: Richelius, 1656


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777421909>

Druck    Freier  Zugang



Bodock, L.  
in  
**H. Schuckmann.**  
**Rost. 1656.**








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777421909/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777421909/phys_0003)

DFG



DOCUMENTA  
Desiderii, Amoris & Honoris Supremi,  
Qvibus  
Venerandi Senis Supra- Septuagenarii,  
*Nobilissimi, Amplissimi & Excellentissimi VIRI*  
**DN. D. HEINRICI**  
**SCHUCKMANNI.**  
Jcti cordati, Practici celeberrimi, Codi-  
cis Professoris, & Serenissimorum ac Illustrissimorum  
Principum & Ducum Mecklenburgicorum Consiliarii Consi-  
storialis, de Provincia, Academia & Judicio Eccle-  
siastico optimè meriti,  
Luctuosum pariter & beatissimum ex hâc vitâ discessum,  
honorificis exequiis die 24. Septembris in Templo Jacobeo  
honoratum,  
Dolentes merito prosequuntur  
**COLLEGÆ, AFFINES, AMICI, NEPOTES.**



ROSTOCHI,  
Typis Johannis Richelii, Scenatus Typogr. 1656.



HONORI SUPREMO  
Venerandi Senis & Antecessoris  
**HENRICI SCHUKMANNI,**  
VIRI  
Summæ Famæ, & meritorum.

**H**onestia insignis, veteri candore, labore,  
Jure, fide, Sanctâ nec pietate minor,  
Fulcrum ingens Heneti, decus atque columna Rosetii  
Consiliis magnus, nec gravitate minor  
Sic Senior Venerandus abis, christesq; relinqvis!  
Nos miseri terras, Tu Pater, astra tenes.  
Gratiamur palmas, quas dat pro nomine J E S U S !  
Quam verè tibi nunc UTILIS es PIETAS ?

Symbol.  
Beatissi-  
mi JESUS  
&  
Pietas ad  
omnia  
utilis.

Celerimè inter occupationes Collegæ  
venerando & candidissimo p. m.  
scripsi

AUGUSTUS VARENIUS,  
S. S. Theol. D. Hebraicorum & Ca-  
teches. Christ. Profess. p. t. Vice-Re-  
ctor Academ. Rost.

Extia-

...didi. uogoç Pralw... uobis nivadof... nige P

**E**XINCTUM est lumen Legum: celebrata Facultas  
Luget: maiorem non habet illa Virum.

L. M. Q.

Casp. Mauritius, D.

P. P. & Superint.

**Q**VAM mortis Domino MORS sit pretiosa PIORUM

Quæque det Angelicis jubila sancta Choris  
Non capimus! Certa sub spe quod & ossa virebunt  
Nostra hac ut rigui folia lata soli.

Ex obitu tristissimis divini solaminis  
divitias ex animo vovet

J. C. Ottonis, D.

**S**CHUCKMANNUS Juris columen, decus, ornamentum,  
Heu cecidit! Cecidit nostri Rosa pulchra Roseti,  
Vir ætate gravis, Vir servantissimus æqui,  
Consiliq; potens, prudens, cordatus; & Idem  
Semper, & antiquæ fidei sectator, & oso-  
Technarum, qvas nunc sibi falsa Politica fingit,  
Fallat ut incautos; Sapiens, constansq; Senator,  
Integer & Judex, custos virtutis & artis;  
Instar habens mundi totus teres, atqve rotundus.  
Quid queror? Ad plures abiit SCHUCKMANNUS, & astris  
Insertus, mundi mortalia spernit, & alta  
Despicit humanas res, & spes mente caducas.  
Interea luget tantum Provincia lumen.  
Extinctum. Themis ipsa sui deplorat amici  
Discessum. Studiosa cohors, Academia, Cives,  
Et qvicunque colunt verum justumq; , queruntur.  
Tanti Doctori spoliatum lumine corpus,  
Optantes sanctæ collegia pristina menti.  
Sed frustra. Planctu nemo revocatur ab urna;  
Nec juvat, ad mundi turbas remeare beatos.

A 2

Qvi

Qui benē defuncto cupitis, conspergite bustum  
Floribus, & tumulo tales inscribete voces:  
Hēc jacet æternū vernans Rosa, flosve Roseti,  
Gloria Westphalicæ gentis, virtutis imago,  
**SCHUCKMANNUS** Juris columen, decus, ornamentum!

Henricus Rhane, J.D. & Prof.

**O**Cetus rosei periit prænobile fulcrum!  
**SCHUCKMANNUS** constans, & pietate gravis.  
In quo cana fides, & casca modestia morum.  
Eluxit, cecidit: Plangite Pierides!  
Propugnator abest, Academia fundito lessum.  
Solvitor in lacrymas, voce manuq[ue] tremet.  
Syndicus amplius abest, defensor juris & aequi  
In cœlum scandit, turba novena dole.  
Quem pietas decorat, jurisq[ue] scientia, Praxis,  
Immortalem vult, mors truculenta rapit.  
Cur non falce malos resecas, & parcias amicis?  
Qui juvère bonos, & nocuère malis?  
Ab antiqua fides paulatim migrat in auras!  
Fex, fentina mali candida vela ferunt.  
Ipse querebatur nuper tristissima seculi  
Tempora, quæ Studiis exiit omnis honor.  
Olim, dicebat, concordia quæque ligabat,  
Nunc rixis, technis, Curia, Templaque scatent.  
Egressus sentes, Dumeta, Vepreta malorum.,  
Cœlestis Nain tempea leta tenet.  
Quid scorias, quid Alastora, Abydocomasq[ue] moreris?  
In Christo vita est; Vita caduca nocet.  
Hanc **HEINRICUS** habet gravis, Omnipotensq[ue], amœnam.  
Nos manet, atque tenet Crux, lacrymosa dies.  
Vixit, & egregie doctos, pietate nitentes  
In terris gnatos liquit honore pares.

A lacry-

*A lacrymis cessate Viri fratres, pietatis ocelli,  
Et simili in cælum tendite queso viâ.*

Hisce Nobiliss. Ampliss. Consultissimi, ac de Academiâ  
meritissimi JCti, Amici, dum in vivis erat,  
singulariter honorandi, luctuosum funus, que-  
rulâ voce proseqvi voluit

**Christianus Woldenbergius,**  
**Crempâ-Holz. Phil. J. U. D. & Prof.**

*In eumulum Senioris benemerii*

**D N. D. HENRICI SCHUCKMANNI.**

**Q**ui qvondam fueras decus indeleibile nostrum,

Nec non Aonii gloria prima Choii;

Vir grandæve jaces nunc funere mersus acerbo,

Et Patriæ & Nobis flebile funus eris;

**Tu SCHUCKMANNE** qvidem moreris, sed conscientia Virtus

Vivet, Te semper fama seqvetur anus.

Inclita Rostochium nunc tanti nominis urnam

Asservat, veram Spiritus astra tenet!

Spargite nectareo, madidantia lilia, rore

Pegasides tumulos præmia digna Tibi.

Nec minus ornabit bustum Veneranda Themistis,

Et mittet tantis Manibus inferias.

Nos quoque qvod tantum nunc possumus, ibimus omnes

Exsequias, multum Vir Celebrate,, Vale.

*Scribent. Condol. E.*

**M. Lucas Bacmeisterus.**

**J**ustitia cordatus eras, SCHUCKMANNE, Sacerdos,

Communis columen præsidiumq; Rei.

Dum moreris, lacrimas urbi caffariſ & orbi,

Ingenium extinctum judiciumq; dolent.

Dictarat Themis ipsa Tibi sua jura, Senator

Atque Academia dextera vivus eras.

*Intendit*

Intendit sibi lege suâ mors invida litem;  
Hoc nobis, unam hanc solvere non licuit!

A. Tscherningius.

**N**On ego prolixos scribam in tua funera versus,  
Sed tribus, aut quatuor saltim, VIR Maxime, verbis,  
Quæ de more tuâ mihi sit sententia, dicam.  
Magnum diva THEMIS cultorem perdidit in te,  
Magnum quisque CLIENS in te, SCHUCKMANNE, Pa-  
tronum;  
Per te jacturam Parastata ACADEMIA fidi,  
Judicis eximii sacra CONSISTORIA passa.  
Ergo VIRUM THEMIS alma, CLIENS, ACADEMIA luge,  
Vosq; VIRUM pariter sacra CONSISTORIA flete,  
Qualis in officio fueris, SCHUCKMANNE, repertus,  
Nunc, ubi ab officio semotus es, hora docebim.  
Nam bona mortales tûm noscere nostra solemus,  
Quum sublata cadunt, quorum fuit ante potestas.

L. M. Q. scrib.

Hinricus Oringenberg/  
Eth. Prof.

MY Iesu, Salva Nos, Perimus.

**S**CHUCKMANNUS juris qui Doctor in Urbe Rosarum,  
Codicis Interpres quique sat acer erat,  
Munere deposito, Fatis concessit, & Hortis  
In Pandysiatris, Morte beatus, ovat;  
Omnibus exemptus curis, omniq; labori,  
Deliquiog; Animi, Cordelioq; gravi.  
Numquid id ergo gemes, Domus indignata Nepotum?  
Singultus daces mesta Propago freqvens?  
Car non exempto curis, creperoq; tumultu  
Grataris potius, quod data pausa mali

Scilicet

Scilicet in terre denato corpore posso;  
Ast Animā in cœli, Thāriadēg, sinum.  
Tu potius tibi, damna gemas A C A D E M I A, tanti  
Ac tam Cordati, qua data, Morte Viri;  
Nam cum præcipuis Dominus est privata columnis,  
Corruit; hinc eadem Te quoque Fata manent.  
Sed Tu Sancte D E U S, misericordia succurrito rebus,  
Ac Academias damna repende lucro;  
Ac solare Domum Defuncti fata dolentem,  
Ut placeant Illi, que tibi cunque placent.

M. I. S. P. A. N. M. S. & P. Cæs.

Sic Venerande Senex Votum supplevit Iova,  
Pertæsum Vitæ duxit & ad requiem.  
O bene! Nunc merito Te terq; quaterq; beatum.  
Prædico, duta in cœlis gaudia mille vides.  
Vos igitur lachrymas ô dulces sistite Amici,  
SCHUCKMANNI posthac Fama perennis erit.  
Seniori Venerando, Affini atque Populari meo Dilecto  
hoc pauca L. m. scribereb.

M. Rembertus Sandhagen,  
Ad D. Nic. V. D. M.

SCHUCKMANNUS vita satur hujus ad albera scandit,  
Confectus Senij debilitate gravis.  
Vivit adhuc verò (qui mortuus esse putatur)  
In GNATIS; cuius Spiritus astra tener.  
Hoc ultimi honoris ergo scrib.  
M. Michael Wagnerus,  
Ecclesiastes Catharinianus.

W ESTPHALA qvotqvot alit tellus & nostra Rhodante  
SCHUCMANNOS, qvotqvot Trava superbus alit.,  
AVFENTHINS STEIN, Rogenen  
Horam

Horum nunc seqvitur sua gloria fata, Vir ævo  
Grandior in tumulum mittitur, ecce, suum.  
Vir pietatis amans ac omnis cultor honesti  
Cogitum humano more subire necem.  
Os Svalæ, Themidos justissima pompa, Lycæi  
Cordatus Senior decidit exanimis.  
Decidit exanimis mediis septembribus horis,  
Maturus celsis fructus ut arboribus.  
Scilicet excipitur nemo; pietasq; fidesq;  
Immunem nullum morte vocare valent.  
Nil juvat ampla domus, nihil inclita nomina prosunt,  
Nec placant mortem fulva talenta Mydæ.  
Mors doctos simul indoctos rapit. Ille beatus  
Est, qui fert rectâ pectora plena fidem.  
Sicut & hic mortem Senior venerandus obivit,  
Mens cujus superæ gaudia lucis habet.  
Natorum mens est nuuc & turbata nepotum  
Funere præchari patris aviq; sui  
Sanet at infictum vulnus minuatq; dolorem,  
Et solamen iis præstet ab axe Deus!

*Condolens f.*

### **HENRICUS AMSELIUS, S.R.C.**

**N**on ego candorem defuncti, gloria cuius  
Notior est, dicam, & cum pietate fidem.  
Tantum, qvæ legi qvondam, qvæque auribus hausi  
De injustâ mortis lege referre lubet.  
Sicciné nostroruim mors ultima meta laborum es?  
Sicciné cuncta ruis non remorante pede?  
Scilicet id verum est verbum, qvod pagina sacra.  
Dicit: mortalem mors sua qvemq; manet.  
Peccatum in causâ est, imis qvod in ossibus haret.  
Qvotqvot ab Adam nomine nomen habent.  
Ergo *dīsc mori*, cui letibi causa per omnes  
*Festinat fibras serpere, dīsc mori.*

*Lugens f.*

**VALENTINUS STEIN, Rostoch.**

*Heu*

**H**eu nimirum fera mors! ulli sic parcere nescis?  
Sic sine lege ruens cuncta dolore reples?  
Non tibi sat, passim tela inter Martia qvod nunc  
Tot correpta ferox corpora fundis humi.  
Qvin etiam nostris fato crudelis ab oris  
Auffers canitie, tum pietate gravem..  
Heu luctus! dolor ah! sors ô fera! flebile fatum..!  
Hei casus subitos, anticipesq; nimis!  
O Cives, Cives! largos hinc spargite fletus  
Qvod cecidit Patriæ fida columna meæ.  
Sed, qvanquam cecidit, cecidit tamen haud periturus:  
Nam latus cœli gaudia vera capi..

Lugens mærensq; posuit

*Felix Fidlerus, Rost. SS. Th. Stud.*

---

EPITAPHIUM

Gravissimo Seni

DN. HENRICO SCHUCKMANNO  
exstructum.

**N**il tegit hic tumulus, lector, nisi corporis ossa,  
Extremo qvod erit, ut fuit ante, die..  
Scis cuius fuerit? SCHUCKMANNI, nomine clari,  
Quiq; fuit totus candidus atque pius.  
Qui dum vivebat doctus, virtutis amator.,  
Magnus præclaræ fautor & artis erat.;  
Et jus tractabat, legum Jurisq; peritus,  
Qvo mundus regitur dirigiturq; bene;  
Justitiaeq; pio coelestis amore ferebat.  
Mille viæ casus, tædia mille senex.  
Hic periit. Sed quid? Virtus non passa perire est..  
Speciatæ vitæ nam fuit atque piæ.  
Si pius, haud periit, summo sed in æthere felix  
Vivit, nam requies mors solet esse piis.

*Συμπαθής apponebat*

*Michael Cordes/ Rost. SS. Th. Studiosus.*

B

*O Ihr*

**Q**ihr Meisten Freind<sup>z</sup> ihr Herrscher unser Zeiten  
Die Rostock billig ehrt/ ja derer lob aufbreiten  
Freund/ Feinde/ Mißgantz selbst/ wie lange lasset ihc  
Die Thränen/ ohne Zahl hinfließen für und für.  
Es giebt zwar die Natur/ daß wann die Kinder sehn/  
Doch ihre Eltern den Weg alles Fleisches gehen/  
Sie herlich sehn betrübt; doch daß sie halten Ziels/  
Und endlich hauwen ab des trüben Trau'rens Siel.  
Und wann man schon vermodet durch häufig Angemessen/  
Den Seelig wohnten Man ins Leben wieder sehn/  
Wolt ihr ihn wiedersehn in diesem Jammer. That?  
Da nichts daß lauter Angst/ Schmerz/ Leiden/ Todesqual/  
Da nur verfaßte Leb/ da Sünd mit bösen Lüsten/  
Da Lügen/ Läß/ Beirung/ da Laster die uns Christen  
Nicht eins zu nennen stehn. Ach seelig ist der Mann  
Der diese Sünden Welt nicht mehr darf schauen an.  
Drum gönnet ihm die Freud/ die er jetzt kan genießen/  
Die Welt mit ihrer Liss / liegt nun zu seinen Füssen/  
Er darf nicht sorgen mehr/ er darf nicht kranken sich/  
Wie er vor diesem thas/ oft schußend inniglich/  
Vor grosser H. rans Angst/ daß ihn Gott möchte aufnehmen/  
In seinen Himmels Saal. Drum stelle ein das grämen/  
Weil er nun hat erlangt was er von Gott begehrte.  
Die Freud/ die ewig ist/ die wird ihm jetzt gewehrt.  
Und ob er schon von uns nummehr ist weggenommen/  
So werden alle wir doch bald zu ihm kommen/  
Dich ist des Lebens Zweck das uns gesetzte Ziels  
Daf man erreichen muß/ wie/ wo/ und wann Gott will.

JOACHIMUS STEINIUS,  
S. S. Th. St.

---

**Q**vantis Criminibus, Supreme Jova.  
Nosmet polluimus? Subire tantas  
Qvod poenas miseris vicissim oportet;  
Et tantam illadē pati malorum; ;

Qvod

Quod nostros madidos adhuc penates  
Tanti discruciant subinde luctus.  
Effluxit spatium modò dierum  
Qvinorumdecies, Avus qvo amandus  
Maternus placidam necem oppetebat,  
Hinc adhuc nimio dolore corda  
Tument, & lachrymis madent ocelli.  
Et statim seqvitur Paternus illum  
Amplexendus Avus, novosq; luctus  
In nostris animis ciet movetq;  
O Sortem miseram! tenaxq; Fatum!  
Sis nobis facilis, Deus benigne.,  
Tollens grande nefas & omne crimen,  
Poenas & meritas minas repellas.  
Sat nostris Patribus Severus urnas  
Discussit Rhadamanthus, atq;e tristis  
Trita arena satis. Deus Parentes  
Totam & Progeniem diu reterves.

Henricus Schuckman/  
Nepos.

Corda cur tundis, Genitrix Paterq;  
Cur domum comples miseric querelis  
Flebiles mittens gemitus subinde  
Pectore tristi?  
Sed quid? Immitis rapuit Paternum.  
Mors Avum nostrum? Perii misellus:  
In novos planctus iterum resolvor,  
Tristis & adsto.  
Subleves curas Deus ô verende! !  
Atq;e mordentes reprimas dolores  
Nostra

Nostra Soleris, recreesq; tandem,  
Langyida Corda.

Jacobus Schuefman/  
Nepos.

**A**Dsitis Fratres chari, simul atqve Sorores  
Et nigris vittis redimiti tempora circum,  
Vesteq; funereâ, promissô & Syrmate tecti,  
Plangite Avos nostros immitti morte peremptos,  
Qui Soliti donis inter contendere fese.,  
Muneribusq; domum nosmet dimittere largis  
Impositâq; manu nobis benè fausta precari,  
Plangite Avos, Fratres, simul & lugete Sorores,  
Et precibus vestris supremum flectite Numen.  
Ut sit propitium nobis, clademq; restauret.

Johannes Schuefman/  
Nepos.











**H**eu nimium fera mors! ulli sic parcere nescis?  
 Sic sine lege ruens cuncta dolore repleas  
 Non tibi sat, passim tela inter Martia qvod nu-  
 Tot correpta ferox corpora fundis hum-  
 Qvin etiam nostris fato crudelis ab oris  
 Auffers canitie, tum pietate gravem.  
 Heu luctus! dolor ah! fors ô fera! flebile fatu-  
 Hei casus subitos, ancipitesq; nimis!  
 O Cives, Cives! largos hinc spargite fletus  
 Qvod cecidit Patriæ fida columna meæ.  
 Sed, qvanquam cecidit, cecidit tamen haud per-  
 Nam latus coeli gaudia vera capit.

Lugens mærens  
Felix Fidelerus, Rost. SS.

---

EPITAPHIUM

Gravissimo Seni

DN. HENRICO SCHUCKM

exstructum.

**N**il legit hic tumulus, lector, nisi corporis ossa,  
 Extremo qvod erit, ut fuit ante, die.  
 Scis cujus fuerit? SCHUCKMANNI, nomine c  
 Qviq; fuit totus candidus atque pius.  
 Qui dum vivebat doctus, virtutis amator,  
 Magnus præclaræ fautor & artis erat;  
 Et jus tractabat, legum Jurisq; peritus,  
 Qvo mundus regitur dirigiturq; bene;  
 Justitiaeq; pio coelestis amore ferebat  
 Mille viæ casus, tædia mille senex.  
 Hic periiit. Sed quid? Virtus non passa perire est.  
 Spectatæ vitæ nam fuit atque piæ.  
 Si pius, haud periiit, summo sed in æthere felix  
 Vivit, nam requies mors solet esse piis.

Eupanæsis ap  
Michael Cordes / Rost. SS. Th  
B

